ALLOQUIUM
ad
Nobiliſſ. & Eruditiſſ.
DN. RATENBURG,
Philoſ. &, Theol. Studioſum,
perquam induſtrium Reſpondentem SUUM.

NUllus omnino dubito! quin illud tritum proverbium, NIMIA FAMILIARITAS PARIT CONTEMPTUM, Tibi eſſe cognitum: Quod proverbium in communi civili converſatione tam inter doctos, quam alterius profeſſionis, vel generis homines apprime ſingularem meretur obſervantiam. Amicitia enim, cujus amoris nexu homines inter ſe vivent, in omnibus ita erit comparata, ne in talem degeneret ſtatum, amici ſeſe invicem contemnant. Hoc autem melius evitare non poſſumus, quam ſi *amicitia* nobis *inſtar ſalis*